Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 328.

Cod. CXLI.

Chartac: 4. Locc: 14. A. 7. 1.

Comentarius in epistolas.

Commentarius in epistolas a dominica Pa, schatis usque ad ultimam Pentecostes: Compactura ac manus coeva adscripsit: "Ex, positio Epistolarum pars estivalis." Initio est: "Expurgate vetus fermentum etc. Quia domino largiente." An unius, et cujus sit authoris dificile est dictu; litterarum enim character varius, et quae post codicis medi, um occurrunt, undequaqs ex plurium autho, rum commentariis videntur corrasa. Ad oram inferiorem sepius deprehenditur no, ta annum 1393 & 95. apposita festis v.g. S. Martini. Exaltat: S. crucis etc: quibus an, nis procul dubio, dum ad populum diceret, hoc commentario fuerat usus.

Cod. CXLII.

Chartac: 4. Locc: 15. A. 7. 2.

S. Bernardi Stimulus amoris.

1a-37b

Stimulus amoris S: Bernardi. In codice nostro S: Bernardo tribuitur; inscriptio enim est: "Incipit Stimulus amoris S. Bernardi" Sed perperam. Habetur quidem inter opera S. Bernardi edit: Mabill: Lutet. Fol: 1719. Vol: II. p: 662. Sermo de vita, et pass: Domini, qui sub titulo: Stimulus amoris S. Anselmo a Trithemio, Bellarmino, et ali,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 329.

is adscribitur; verum hoc longe diversum a nostro est opus, ut conferenti patebit. Stimulus noster amoris juxta praefationem, quae incipit: Liber iste qui stimulus amoris in dulcissimum, tribus constat partibus, quarum prima incipit, Currite gentes ad ligo, et typis impressus legitur inter opp: S. Bonaventurae Lugd: 1668 Fol. T. 7. p: 192. Verum nec huic tuto adjudicari potest, Jo: nedictus enim a Cavalesio in prodromo ad opp: S. Bonaventurae col: 703 supposititicum habet, et compilationem esse autumat F. Hen-ricus de Balma ord: Min: Vide etiam, quae idem in eodem prodromo et Gersone adfert col: 229.

Henr: de Balma

2.

Tractatus de septem Sacramentis. Titulus est: "Incipit tractatulus parvus pro informacione simplicium Sacerdotum de septem Sacramentis". In praefatione, quae incipit: Quoniam officii Sacerdotalis exercitium, se attigisse author ait de divinorum officiorum celebratione, de Sacramentorum collatione, et de populi catholici instructione, quibus totum opusculum absolvitur. Prima partis verba initialia sunt: "Septem sunt itaque hore canonice". Idem est opus, quod Kropfius exhibet in Bibl: Mellic: p. 81. et Quetif inter suppositicia S. Thomae collocat.

Tractatus de septem Sacramentis, seu de officio Sacerdotis.

38a–60a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 330.

Cœrat in edit: opp: S. Thomae Aquin: Paris: Fol: 1660. T: 20. p: 373, multis tamen saltemque ad verba mutatis.

3

Tractatus de decem præceptis. 60b–64a

Tractatus de decem præceptis. Initium est: "Si vis vitam ingredi Serva mandata Matxix Notandum ergo, quod x sunt etc. Cuivis præcepto annexa sunt interrogationes pœnitenti, bus proponendæ. Totum compilatio est dictorum, seu Sententiarum S: Patrum de his præceptis.

4

Glosa de oratione dominica. 64a–67b

Glosa de oratione dominica. Rubrica præmissa est: "Sequitur nunc modicum de oratione Dominica. Initium est: "Thomas de Aq: dicit Pater non Dominus" Nil aliud conti, net quam congestas S: Patrum Sententias de Septem petitionibus orationis dominicæ. In fine additur: "Explicit glosa Superdominica oratione satis pulcra".

5

De interrogationibus confessionem in pœnitentes faciendis 67b–79b

De interrogationibus confessionem in pœnitentes faciendis, tam conjugatos, quam solutos; Item modicum de Baptismo, modo de forma corporis, et sanguinis p. c. è: consecrationis: / modicum de indulgentiarum participatione, et de octo turpitudinibus conjugatorum. Hæc omnia breviter ita expediuntur, ut privatis notaminibus a quodam animarum curatore congestissimi, lia videantur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 331.

6

Liber contra Judæos.

Liber contra Judæos. In præfatione, quæ post brevem Capitulorum elenchum incipit: „Legitur in libro Regum quod rex Assuerus (a) Hesta Regina Varti elegit hester" et dicit author in præsenti opere dialogum exhiberi judæum inter et Xtianum. „Una, ait, persona, „na hic loci judei sive hereticj, qui autem „nihil aliud sentit, nisi grossa. Alia est persona, „na clericus Xtianus et fidelis herciburre, „sistens per subtiliora. Intitulatur autem iste „liber, liber contra judæos, quia agit contra „eos &c. Caput primum agit de Trinitate, et incipit: „Judeus autem dicit vos Xtiani" &c. Hunc libnem excipit alius ejusdem argumenti, qui inscribitur: „Incipit alius libellus intitulatus contra judeos", ac ejus præfatio incipit: „Paulisper enim transiens vesperi „verba sapientum." Cætenim cum operepri„ori maximam partem convenit, ejus deng videtur esse authoris mihi adhuc ignoti.

Liber contra Judæos.

(a) In libris Regum nil tale legitur.

79b – 101b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 332.

7

Tractatus de 7 sacramentis. 101b-115b

Tractatus de septem sacramentis. Prefatiobre-vis incipit: "Ad evidentiam sacramentorum nove legis." Caput primum inscribitur "Dogmatismus valet contra peccatum originale", ejusque verba initialia sunt: "Humanitatis autem appropians vulnerato". Ad calcem additus est elenchus capitulorum.

8

S. Bernardi Soliloquium. 115b-127b

Soliloquium S. Bernardi. Titulus est: "Incipit soliloquium S. Bernhardi abbatis. et primo de consideratione quid sit homo in se ipso." Opus ipsum incipit: "Multi multa sciunt, sed se ipsos nesciunt". Satis notum est, sed cuinam tribuendum sit adhuc incertum. Extat inter opera Hugonis de S. Victore, Mogunt: 1617 fol. T. 2. p. 87. legg: ubi liber primus de anima dicitur. Ast ipse editor Thomas Gartzonius de Bagnacaballo fatetur hunc librum et in nonnullis codicibus S. Bernardo adscribi, et a phrasi Hugonis discrepare. Reperitur quoque inter opera S. Bernardi Paris. 1719 fol. curante Mabillonio T. 5. col 332 sub titulo: Meditationes piissimae de cognitione humanae conditionis, sed a viro docto inter Bernardo aliena rejectum et rationibus certe non spernendis, imo et de ejusdem authore dicit: Quarquam nec illius esse videantur. Ejusdem igitur stylum

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 333.

parentis, id certum est codicem nostrum et in numero capitulorum a praefatis editionibus differre, et ultimum de gaudio aeterno in illis desiderari. Additus est in calce capitum elenchus, quem excipiunt nonnulli versus de Sacrificio missae, et alia notata de virtutibus.

9

Exempla de vitis Patrum. 1276–1302

Exempla de vitis Patrum. Inscriptio est: "Incipiunt quedam exempla de vitis patrum"; initium: "Quidam Senex habebat a cella sua aquam." Sunt narrationes pertextae ex dictis veterum anachoretarum, aliorumque defunctae, maximam partem nullam fidem merentes.

10

S. Bernardi de 4 gradibus Spiritualis exercitii. 1302–1322

S. Bernardi Tractatus de quatuor gradibus spiritualis exercitii. Rubrica praemittitur haec: "Incipit nunc consequenter alius tractatus beati Bernhardi de quatuor gradibus spiritualis exercicij." Octo absolvitur capitibus, quorum primum hos gradus designans, sic incipit: "Cum die quadam corporali manuum labore occupatus." Reperi hoc opusculum in edit: opp: S. Augustini Paris: Fol: 1683 T. 6. in append: pag 163. subtitulo: Scala paradisi. Extat etiam inter opera S. Bernardi suppositicia curante Mabillonio, Vol. 2. T. 4: p: 324. sub titulo: Scala claustralium, sive tractatus de modo orandi, ubi doctus hic editor sequentia praefatur: "In codice ms: Cartusiae Coloniensis Guigoni, an Cartusiae majoris Prioris quinti etc.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 334.

" ' bitur. Catat aliud ejusdem argumenti opuscu,
" ' lum apud Chifletiam in Manuali Solitarionis
" de quadruplici exercitio cellæ, sub nomine alterius
" Guigonis ad Fratrem et Cartusienses Wittehamen,
" ' ses: ubi quatuor cellæ exercitia explicantur,
" tria quidem prima eadem quæ hic, nempe lectio,
" meditatio, oratio; sed quartum, actio pro contem,
" ' platione, quæ præfertur in hoc tractatu, cujus
" inscriptio sic se habet in codice Colonien. "
Hæc Mabillonius. Præsens itaque tractatus in prædictis editionibus epistola Guigonis ad
Gervasium fratrem præit, passim ab eruditis
Guigo Carthus. Guigoni Carthusiæ majoris Priori, qui obiit
anno 1188, adjudicatur. In codice autem
nostro hæc epistola, uti et maxima pars ca,
' pitis octavi, et sequentium desiderantur.

ij.

Liber de dictis, et doctrina SS. — Liber de dictis, et doctrina Sanctorum. Ti,
' tulus, qui simul vices præfationis subit,
est: " Incipit prius libellus, in quo de dic,
" ' tis Sanctorum et doctrina et maxime Sancti
" thome recollecta sunt quedam comunia
" et grossa pro novis predicatoribus et fra,
" ' tribus simplicibus quorum capacitas se non ex,
" ' tendit ad subtilia et majora que etiam
" scire et habere necessarium videret, et
" in promptu tenere cum sint quasi rudimen,
" ' ta theologie et frequenter occurrant, et
" seculares de his plures faciant questiones.
" Sumitur autem principium a gratia, quedam
" esse spirituale " etc. Totum constat capitibus

133a–149a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 335.

24, quorum primum agit de gratia, et incipit: „Gratia dicitur uno modo bona voluntas". In hoc opusculo continentur non tantum theologica, & moralia, sed etiam historica, chronologica, geographica etc: ut ex prefixo capitum elenchо conspicere licet. Cuius hujus compilationis author sit, mihi adhuc ignotum.

12.

S. Bernardi Tractatus de corpore Christi. 1496–1526

Tractatus S. Bernardi de corpore Christi. Inscriptionem praefert: „Incipit tractatus beati Bernardi de corpore Christi; „operisque initium est: „Pater sanctissime petre audi quid loquatur dominus." Verum interopera S. Bernardi, quae edidit tam genuina, quam spuria Mabillonius, frustra quaeritur; hisitaque, an illis adnumerandus sit, meum non est decidere. Cōtat idem tractatus ms: in cō, dice **XCVI**. n. 6. sed mutilus. In fine addidit librarius: „ffinivi hunc tractatum cum magno tedio quia exemplare incorrectum habui ideo subicit se correccioni."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 336.

13


Testamenta XII Patriarcharum Roberti Lincoln:

154a–187a

Testamenta **XII**. Patriarcharum a Roberto Lin,
„colniensi Episcopo ex graeco in Latinum transla,
„ta. Titulus praemittitur Sequens: „Incipiunt
„Testamenta duodecim Patriarcharum trans,
„lata de greco in latinum per dominum G,
„monensem Episcopum Testamentum primum Ru,
„ben de his quae in mundo habuit de caveenda
„fornicatione." Operis ipsius initium est: „Tran,
„scriptum Ruben quecunqs mandavit filiis
„suis priusquam moreretur / in centesimo XXV°
„anno vitae ipsius / post annos duos mortis Josephi
etc. Opus istud sepius prelo submissum ele,
„gantissime prodiit cura Cnesti Grabei S.I Spi,
„cil: S: Patrum una cum textu graeco, et an
„notationibus, quam editionem repetit Fabri,
„cius in codice Pseudepigrapho V.T. T.II pag:
496 legg: Caveus Script: eccl: p: 57 Rare de
cofert censuram: „Liber sane inceptis non
„vacat, plurimis tamen ethicis praeceptis
„iisque melioris quidem notae passim refertus
„In eo singuli ex duodecim Jacobi filiis jam,
„jam monituri, ad adstantem progeniem de
„virtutis alicujus studio, vel vitii fuga verba
„facere finguntur, ac istiusmodi praecepta ne,
„potibus suis Testamenti vice delegant. De
authore, ejusque aetate inter eruditos non,
„dum satis constat. Ante Origenem flore,
„isse certum est, a quo citatur in homilia
in Josuam circa finem. Unde Caveus l.c;
hac testamenta Seculo II exeunte, Dodwellus
vero in litteris ad Grabeum datis Seculo I
condita esse conjecit, quia stilus plane est
hellenisticus, qualis inter ipsa Seculi II initia
in usu esse desiit. Ambo autem in eo conve,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 337.



, niunt, Judeum quendam ad xtianam fidem
conversum eorum authorem fuisse, quia in
iis talia de Messia, et novi testamenti statu
leguntur, quae notitiam Judaeorum longe ex-
, cedunt. Grabius autem in praefatione
ad suam editionem evincere conatur testa-
, menta predicta primum idiomate haebreo a
Judaeo ante Christum natum litteris confi-
, gnata, posthaec autem a Christiano hinc
inde interpolata esse. Quis verterit in
graecum non liquet; codici enim ms. n: 75.
Bibl. Bodlej., qui S. Joannem Chrysostomum
translatorem nominat haud fides haberda
est, utpote suffragantibus aliorum testimo-
, niis omni ex parte destitutis. Certus est
autem author versionis latinae, nempe Ro-
, bertus Grosthead, Anglus, Episcopus Lin-
, colniensis, qui eam anno 1242 adornavit,
adjuvante magistro Nicolao Graeco, Cle-
, rico Abbatis Albani, ut ait Mathaeus Pa-
ris, ad A: C: 1242. p: 597.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 338.

14.

S: Bernardi Tract. de Conscientia. 1878–1902 " "

S. Bernardi Tractatus de conscientia. Rubrica est: " Incipit tractatus de conscientia beati Bernhardi Abbatis. Initium: Conscientia in qua anima perpetuo est mansura." Extat hoc opus inter opp: S: Bernardi cur: Mabill: V. Z. T. 3. p. 349 sub titulo: de Domo interiori, seu conscientia aedificanda; item inter opp: Hugonis de S. Victore T. 2. p. 112. ubi libum tertium de anima constituit. In codice autem nostro a capite usque ad calcem mutilum exhibetur; deest enim prologus, et de reliquis capitibus nonnisi unum, alterumve legitur excerptum. Mabillonius l. c: illud tribuit cuidam monacho Cisterciensi, Bernardo aequali.

15.

Varia. 191a – 219a

Qua hoc numero continentur notamina esse videntur cujusdam alumni Ord: Min. ad usum privatum saeculo 13 congesta, tanque brevia sunt, et diversa, ut solutioni haud digna judicem, sufficiat igitur singulorum capitum praecipuas tetigisse inscriptiones. Sunt autem sequentes: Regulae observandae in absolutione excommunicationis vinculo; aliae regulae, et statuta quae spectant ad Primatios Ordinis: Romae degentes; varii casus morales Papae, vel Episcopis reservati; forma absolutionis: in qua

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

, 339.

Gregorii XII mentio fit; Tractata de iure, talibus; Decretorum materia, et alioru[m] iudicium; De executione remissionis inguali, cuncta causa ad partes decreta; demum bo, rumenta ad vitandam irregularitatem

Cod. CXLIII.

A 73.

Chartac: 4. Foec: 15.

1.

Joanis de Fonte Compendium libri I Sententiarum:

Joannis de Fonte compendium libri I Sen, tentiarum. Brevis prolocutio incipit: Ad preces studentium dum essem lector pesulano et ut fratres pauperes sub compendio Sen, tentias haberent librorum Sententiarum or, dinis minorum fratrum per modum compen, dii Sententiarum distinctionum quaestioni, bus ejusdem voluminis recollegi et principii, mi libri subdens communiter in quibus ma, gister a doctoribus non tenetur." Operis initium est: "Veteris at nove legis etc." Di, stinctio prima decem habet conclusiones." Authorem hujus compendii esse Joannem de Fonte Ord: Minor: dicetur infra in Có, dice CXCI. n: 2.

Leidgeburg — Seitz — 1a — 79b

2

Vocabularius, seu speculum juris.

Vocabularius, seu speculum juris; utrumque enim nomen profert. Rubrica prefixa est: "Inceptio vocabularij juris Canonici." In cal, ce vero legitur: "Explicit utriusq; juris luculenti,

85a — 173a

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 142

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27479

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)